

Joachim Lütkemann Franciscus Fexerus

Disputatio Psychologica. De Sensibus Interioribus

Rostochii: Kilius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730223094>

Druck Freier  Zugang



R II phil 1647

Joachim Lüttmann

Franciscus F. exv



DISPUTATIO PSYCHOLOGICA.
DE

SENSIBUS
INTERIORIBUS.

Quam

DIVINA AFFULGENTE GRATIA,
Auctoritate & consensu Amplissimi
Senatus Philosophici,
In Illustrissimâ Universitate Rostochiensi,
SUB PRÆSIDIO

VIRI

Magnifici, admodum Reverendi Clarissimi & Excellentissimi

DN. JOACHIMI LÜTKEMANNI,
SS. Theologiæ Licentiati, Academiae hujus p. t.
Rectoris, Facultatis Philosophicæ Decani Spectabilis,
Physic. & Metaphys. Professoris Publici celeberrimi, Meccœnatis ac
Promotoris sui omni honoris & observantiæ cultu
atatem venerandi,

Publicè placideq; examinandam proponit

FRANCISCUS FEXERUS Jenâ-Thur.

Auctor & Respondens.

IN AUDITORIO MAJORI,


Ad diem 6. Februarij, horis matutinis consuetis.

•••(o)•••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVII.



DISPUTATIO PSYCHOLOGICA
DE

SENIORIBUS INFERIORIBUS

DIVINA AFFECTIONE GRATIA,
Auctoritate & consensu Amplissimi
Senatus Putschovici
In Westphaliae Universitate Kiloniensi
SUI PRAESIDI

Oratoris, huiusmodi, & auctoritatis
DR JOACHIMUS KILIANUS
23 Theologiae, Facultatis Academicae huiusmodi
Regens, Praeceptor, & Philosophiae Decanus Spectabilis
Huiusmodi Praesidentis, huiusmodi Praesidentis
Praesidentis, huiusmodi Praesidentis

Praesidentis, huiusmodi Praesidentis
FRANCISCUS FRIEDRICH JORDANUS
Angor & Praesidentis
IN AUSTRIAE REGNO
Praesidentis, huiusmodi Praesidentis
ROSTOCKII
P. NICOLAI KILII Praesidentis

ANNO MDCCCLXXII



Σὺν τῷ Θεῷ μόνῳ ὑψίστῳ

PROOEMIUM.



Communiſſima atq; omnium fermè non anti-
quiorum duntaxat, ſed & recentiorum Philoſophantiâ
calculo ac ſuffragio recepta eſt ſententia ad omnem
artium & ſcientiarum perfectè acquirendum habitum
neceſſariò requiri tria, Φύσιν μάθησιν, καὶ ἀσκησιν.
Cui licet ipſius rei veritas adſi puletur, nec ulli ido-
rum quicquam virium ac virtutum ſuarum dentum velimus: natura ta-
men primas deberi partem eaq; præ reliquis duobus requiſitis minus carere
poſſe eum, qui arte aliquâ addiſcendâ imbuendus, ſine omni abſurditate ad-
ſtruimus. Exemplum ſiquidem huius rei maniſeſtiſſimum Romanorum Elo-
quentiſſimus Cicero nobis exhibet, quem Marci filij ſui ingenij defectum,
magna Magiſtri Cratippi induſtria longa exercitatione, concatenatò la-
bore, ingentiq; librorum copia, nec non alijs Athenarum adminiculis ad ſtu-
dia accommodiſſimis corrigere tentantem de ſpe ſua deceptum cecidiſſe com-
pertum habemus. Ipſe enim in Catone Majore de filij ineptitudine ac rudia
tate conquerens in hæc erumpit verba: Quid eſt aliud gigantum more beha-
re curis diis, niſi natura repugnare? Hoc ipſum etiam Plato ſimili quodam à
Phanaretà Socrati matre obſetricæ publicæ cujus mentio fit apud Diod.
Laerc. l. 2. petito, declarare voluit, referens de illâ, quod licet nulli peperce-
rit dexteritati, nunquam tamen efficere potuiſſet, ut mulier non præ exiſtens
prægnans peperiſſet Ita & ipſum nunquam induſtriâ & dexteritate ſua uni di-
ſcipulorum ſuorum tantum conferre valuiſſet, ut ſcientiam peperceſſet, niſi eâ
intellectû ejus atq; animum prius ipſâ naturâ quaſi impregnâſſet. Et licet iſti
quos naturalis indoles deſicit, magnò præceptorum labore & induſtriâ inter-
dum in literâ nonnihil proficiant, nunquam tamen eos congruum de re quâ-
dam judicium ferre experimur, niſi quâ iſtâ viam monſtraverit. Ad eò ut non
immeritò Pindaro Lyricorum principi credamus Olymp. od. 2. dicenti:
σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς Φυῶν μάθοντας δὲ λάβεσι παγγλωσσίαι κόρακες
ὡς ἀκρωτα γάρβυτον. i. e. ſapiens eſt qui multa novit natura ſolentia:
qui autem diſciplina uſi fuerint vehementes garrulitate, veluti corvi, ir-
rita

rita clamant. Omnis autem ista ἐνοψία ἔννοια & naturalis ad artes & scientias
 addiscendas inclinatio ex diversi animae potentis memoria phantasia & in-
 tellectu tanquam ex fonte scaturit: ita ut qui memoria polleat, artes ad sua
 acquisitionem memoriā indigentes, qui intellectu, ad intellectum pertinen-
 tes, qui verò phantasia, in figurā harmoniā ac proportionem consistentes facili
 addiscat. De hi animae potentis, praecipuis de sensibus interioribus Deo-
 trina non utilissima duntaxat, sed & difficilima est. Etenim jure non im-
 merito quis miretur, quomodo sensus communis omnia externorum sensuum
 objecta ablata cognoscere, apprehendere, & quodammodo discernere possit;
 quomodo Phantasia tam varia rerum simulacra dignoscere, aliisq; ad eā-
 rum similitudinem proprio Marte fingere & pingere possit; quomodo me-
 moria tam multivarias rerum species à phantasia conservandi ac cum opus
 fuerit restituendi causā sibi commissas tanquam fidelis custos asservare que-
 at. Haec sane hujus doctrina utilitatem sufficientissimè evincunt; haec
 ingenia vel politissima quoq; exercent ac non vix per turbant, imprimis si
 modum, quā ratione sensus hi sua haec praestent munia dilucidè exponere
 atq; enodare debent. Licet verò haec materia alto immersa puteo ac non fa-
 cile per scrutabilis sit, minimè tamen desperandum est, sed potius rei gravitas
 calcar addat euntibus, & omni conamine in id innitendum, ut pharmacum
 tantè imbecillitati obrudatur & ingeratur. Ad eam autem profligendam
 & Illustrationem invehendam lucidiorem nobiliora haud dantur media,
 quàm discursus & collocationes, quas vulgè disputationes & συζητήσεις
 haud inconiannè appellitare solent, ex quibus veritas instar ignis collisione
 duorum corporum solidissimorum elicetur. Quamobrem idem aggredi ausi,
 doctrinam de sensibus interioribus propinamus, quam paucis exponere, &
 illa quae prodiderunt autores ad iudicij stateram appendere, inq; compen-
 dium trahere fert animus, DEUS TRIN. UNUS, qui ipsa sapientia & in-
 tellectus perfectissimus est, suo splendore nos illuminet, ut de hac re τέχνη καὶ
 σοφία μετρίως gravior à ea quae veritatis splendore illustrata sunt, profera-
 mus, defendamus.

POSITIO I.

Cum in quâlibet διασκέψει definitio potissimum
 spectanda veniat, ὁρισμὸς καὶ, ut loquitur Scholæ platonicae
 mens, μετρίως ἔχει ῥοπήν πρὸς τὰ ἐπόμενα. Romanusq; elo-
 quen-

quentiæ parens Cicero inquit: Omnis, quæ à ratione suscipitur, de re aliqua institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur: rectè itaq; etiam instituti nostri à definitione, quæ ab Aristotele λόγος ἁσίστος salutatur, exordimur. Ἰπαρξίη enim, seu existentiam sensuum interiorum largâ probare serie mentis foret dementis.

II.

Sensus ergò internos eos esse adserimus, qui cerebri beneficio species rerum sensibilium ab externis sensibus allatas apprehendunt, censent dijudicant & diutius conservant.

III.

De eorum numero multæ admodum & longæ sunt concertationes Philosophantium. Et sanè si ullæ, in totâ Physica, controversiæ intricatæ hæ, quæ hîc quàm plurimæ de sensibus internis & præcipuè de eorum numero agitantur, sunt vel maximè. Alij enim unum tantum ponunt, sensum putâ communem; alij duos nempe sensum communem & phantasiam; alij quatuor; sensum videlicet communem, phantasiam æstimativam & memoriam; alij ad huc alios, qui vel in defectu, vel in excessu peccant.

IV.

Juxta Aristotelem verò ejusq; Interpretes nobilissimos vulgò TRES numerantur: SENSUS COMMUNIS, PHANTASIA & MEMORIA, quos & nos sequimur, id ipsam ex operationibus diversis, quas in nobis experimur & in aliis animantibus animadvertimus hoc argumento demonstrantes:

Quot sunt differentiæ operationum sensuum interiorum, tot etiam sunt sensus interni.

Atqui tres sunt differentiæ operationum sensuum interiorum.
E. tres sunt sensus interni.

Majoris veritas ex eo constat, quia ex triplici operationû, & facultatum, quas ipsi exercent, diversitate, eos quoq; diversos ac triplices esse evincitur. Diversitas enim effectorum diversitatem efficientium arguit. Minor sic stabilitur, quia una operationum sensuum interiorum differentia est, quâ species sensuum exteriorum & aliarum specierum differentiæ apprehenduntur, apprehensæq; quodammodo dijudicantur, & hoc est munus sensus communis proprium: altera est, quâ acceptæ rerum species diligentius examinantur, pleniusq; expenduntur, & hæc actio non nisi phantasiæ convenit: tertia est quâ species ita inter se dijudicantur & conservantur, quas vices memoria sibi proprias vindicat.

V.

Sensus autem communis est sensus internus beneficio cerebri omnium externorum sensuum species apprehendens, à se invicem discernens & singulorum sensuum objecta cognoscens.

VI.

Dicitur communis, non eam ob causam quod communium objectorum sit perceptor; nam hæc etiam externis sensibus apprehenduntur, sed ideo sic dicitur, quia est communis iudex omnium eorum, quæ à cunctis sensibus particularibus percipiuntur. Eadem de causâ vocatur *ἡσυχαστὴς αἰσθησέων* sensus sensuum & sensus agens, princeps enim hic est inter reliquos sensus, & supremus in regio officio quasi constitutus. Ad hunc enim deferunt ac renunciant sensus quinque; externi, quæcunque perceperunt ab objectis externis de coloribus, de sonis, odoribus, saporibus, qualitatibus primis secundisque; quantitativis, figuris, numero, motu & quiete corporum, quibus sensibilibus omnia in mundo plena sunt.

VII.

Ad hæc autem proximè & primò apprehendenda non extendit se sensus communis sed internunciis ac ministris sensibus quinque; eorum cognitionem acquirit. Unde non ineptè cum centro circuli comparatur; Sicut enim in eo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ conveniunt omnes exteriores, & suavissimus eorum *συνδεσμὸς* & conjunctio est cum sensu communi, cui etiam omnia ea quæ à sensibus externis sunt percepta, quasi judici sunt subjecta atque ibi demùm completa & perfecta fit *ἐνέργεια* sensitivæ potentia.

VIII.

Neque verò solùm sensibilia comprehendit & sentit, verùm etiam differentias & convenientias declarat: nempe hoc album dicit, illud nigrum: hoc magis, illud minus nigrum; frigidum agnoscit non esse calidum, albumque non esse amarum, sed genere differre ista: dulcia quoque cum dulcibus convenire ostendit & acuta cum acutis. Tametsi autem externorum sensuum ope ac ministerio contrarietates objectorum percipiuntur, ea tamen discretio reverà fit ab aliâ vi internâ, nempe à sensu communi.

IX.

Tandem cognoscit exteriorum sensuum actum seu ipsam operationem, ut animal sciat se videre, audire, gustare, olfacere, tangere. Quando etiam aliquid visionem excitat, cognoscit lucem adesse, & cum nulla
fit

fit visio, discernit à luce & cognoscit tenebras; idem potest in reliquis
quatuor sensibus. X.

Et hoc nisi faceret, planè nullos sensus externi haberent actus seu
operationes. Ex. gr. Res quaedam etiam si diu multumq; oculorum a-
cies in eam sit directa, non tamen videtur, nisi sensus communis unà
operetur & quod suarum est partium exsequatur. Neq; aliquis potest
discernere colorem à colore, colorem à sono aut odore falsedinem ab
amaritie &c. nisi sensus communis iudicium interueniat.

XI.

Ne autem statuere sensum communem eundem esse cum intel-
lectu videamur, sicut multi olim veteres existimarunt, dicendum hic est
de differentia sensus & intellectus: illos enim oppidò falsos esse multis
rationib; ostendi potest. Primò enim sensus communis omnibus anima-
libus inest; sed intellect; paucis: Deinde sensus nunquã errat vel decipitur
circa proprium objectum sensibile, intellectus autem sæpè decipitur; hic
enim cognoscibilia interdum rectè apprehendit, interdum minus: de-
niq; rectè intelligere solis hominibus inest, ut neq; rectum intellectum
tantum sensum statuere possimus; id enim quis fortè abiciat, si non in-
tellectus falsus, vel is qui decipitur sensus sit, sensum tamen esse intelle-
ctum rectum, quia hic ipse quoq; ut sensus circa objecta non decipiatur.

XII.

Quod si obseruemus, liquebit & sensu dijudicari quid, & intelle-
ctu, neq; tamen unum & idem ista esse. Non autem *ἁλόγως* aut præter
rationem etiam hic posset quæri: an sensus communis esset unus an ve-
rò multiplex & varius? quandoquidem si tactus unitas controvertitur,
quia discrimina multorum sensilium percipit, possunt enim ei inesse &
insunt facultates plures percipiendi, videlicet genera caloris & frigoris
humidi & sicci, vulneris doloris & voluptatis &c. quanto magis sensus
communis unitas indubium vocanda videtur, quippe qui omnia sen-
suum sensibilia cognoscit, iudicans enim & sentiens visiones-
sensus quodammodo videns est; iudicans odores, olfaciens est; ju-
dicans aliud esse album quam calidum discernens sensus est; atq;
sic de omnibus sensationibus iudicium est penes sensum communem?
Sed sciendum est, eundem quidem esse individuum, rationem tamen
multorum eatenus habere quatenus sapiens eodem & indivisibili iudicio

ad
ad

ad varias res sibi oblatas utitur. Quem admodum enim punctum in lineâ ut unum & duo concipere possumus, unum quidem, quia linea partes unâ atq; connectit, duo verò quia est principium unius, terminus verò alterius. Vel quemadmodum centrum circuli unum est numero punctum, potestate autem plura, dum lineas inchoat ab eodem in circumferentiam tendentes: Sic una prorsus est & communis sentiendâ radix, à quâ vis sensitiva ad omnia proficiscitur organa, & ad quam singulorum organorum affectiones terminantur. Atq; sic quatenus principium unum, terminusq; unus omnium motionum sensilium unicuique atq; individuus sensus communis vocatur. Et sic res diversas simul & semel percipere, inter se comparare & dijudicare potest; quatenus verò principium est & terminus hujus & illius sensus divisionis rationem adipiscitur, & sic de pluribus & diversis judicat separatim distinctis visibus seu actibus. Vid. Arist. l. 3. de anim. c. 2. circa finem.

XIII.

De sensus communis organo seu sede anceps fovetur sententia. Alij enim COR: alij CEREBRUM pro organo habent. Nos verò sequentibus duabus innixi rationibus ab Aristotele recedimus & cerebrum esse sensus communis principium hoc modo probatum imus:

Quicquid est principium nervorum mollium illud quoq; est principium sensationis

Atqui cerebrum est principium nervorum mollium.

E. Cerebrum quoq; est principium sensationis.

Major in proptatulo est: quia finis nervorum mollium est, ut sint vehiculum spiritus animalis, qui potissimum est instrumentum facultatis motricis; ideoq; ex cerebro oriuntur nervi, ut spiritum animale in ventriculis cerebri elaboratum ad singulas inde corporis partes derivent, iisque per communicationem spiritus animalis motum largiantur & sensum. Minoris veritatem evincit *à vista* ses anatomica corporum inspectio, quippe quæ nervos & quidē molles immediatè ex ipsa cerebri substantiâ nasci ac provenire ad oculum demonstrat. Alteram rationem firmat experientia: Ut si nervus aliquis inter cor & cerebrum in cane vivo dissecto vel alio animali vinculo ligetur arctè, pars superior cerebrum versus sentiet, inferior versus cor non sentiet, quia privatur influxu facultatis sensitivæ ex cerebro. Proinde cerebrū esse fontem ac principium sensus proximum necessariò ac indubitatè concludimus. Vid. Physiol. Magiri l. 6. c. 17. Et Stier, quæst. 21, sect. 3. part. special.

XIV. Sa-

XIV.

Satis hactenus pro instituto nostro de sensu communi egimus. Jam ad Phantasiam progredimur, ubi notandum probè, Phantasiam vocabulum usu latinum esse, nativitate autem, & patriâ græcum. A Græcis enim suum accepit nomen ἀπὸ τῆς Φαντάζειν, quod est Φαίνεσθαι i. e. apparere facere, repræsentare, imaginari, quia per phantasiam imagines rerû absentium ita repræsentantur, ut eas cernere oculis ac præsentibus habere videamur. Unde etiam Latinis imaginativa ab imagine appellata, quâ nobis formæ rerum sive veræ sive fictæ repræsentari possunt. Aristoteles l. 3. de anim. c. 3. Φαντασίαν ἀπὸ τῆς Φάσς à lumine sensuum externorum nobilissimi & acerrimi vultus sc. medio dictam vult, quia ad actum & exercitium suum rerum, imaginibus sensibus externis perceptis opus habet. Vel ut placet aliis, ἀπὸ τῆς Φάσς καὶ τῆς εἰσέσεως διὰ τὸ ἐμμένειν, ut loquitur Aristoteles loc. cit. quia ipsa cessantibus etiam externorum sensuum operationibus permanet. Hæ nominis allusiones licet omnes rei naturam declarent, sola tamen prima veri Erymi nomine digna & præ reliquis accipienda.

XV.

Accipitur autem vocabulum Φαντασίας dupliciter i. κατὰ μεταφορᾶν. Quemadmodum græcè Φαίνεσθαι & latinè nobis dicuntur ea, quæ intelligimus, & quolibet etiam sensu percipimus. Quo respicit Aristot. c. 3. lib. 3. de An. supra cit. dicens: εἰ δὲ ἔστιν ἡ Φαντασία, καθ' ἣν λέγομεν Φάντασμα ἢ τι ἡμῖν γίνεσθαι, καὶ μὴ, εἰ τι κατὰ μεταφορᾶν λέγομεν. 2. Absolutè & propriè. In propriâ significatione sumitur (α) pro facultate animæ, imaginationi destinatæ & (β) pro ipso imaginandi actu. Hæc in significatione ab Arist. l. c. definitur quod sit κίνησις ὑπὸ τῆς αἰσθησεως τῆς κατ' ἐνέργειαν γηνομένης. Utrâq; vulgò communi nomine vocatur Phantasia sive Imaginatio; Confusio tamen ut evitetur, illa imaginativa sive imaginatrix, hæc verò imaginatio appellari potest. Phantasiam tamen vocabulum indifferenter usurpatur; Nobis im præsentiarum de imaginativâ sermo est.

XVI.

Quæstionem de hæc movere, de turne in rerum natura fortè an non, minùs supervacaneum & stultum est, quàm solem super Horizonte in meridie lucentem quærere; Cum & ipsa experientia, cui nemo sanus facile contradicere conabitur, nos convincat. Effectus enim illius manu quasi palpamus. Ab effectu autem ad actum, ab actu ad potentiam optime concludimus.

B

XVII.

XVII.

Et quamvis omninò fieret, ut omnia sensitiva sive animalia simul ab imaginativæ operationibus quiescerent, nec ullum efficerent *Φάντασμα*: (sicuti apud Herod. in Melpom. quidam populi in Africa reperiri dicuntur, quibus nulla in somno visa vel phantasmata, quæ phantasiæ effectus sunt, obcurrant) non tamen inde statim argumentari liceret à negatione actus ad negationem potentiae: ut non valet: Heraclitus nunquam risit. Ergò non habuit potentiam ridendi.

XVIII.

Posset enim idem omnibus contingere animalibus, quod populis Africa, (si Herodoto credimus) ut ob certas causas, nimirum vel ob spirituum torporem, vel hebitudinem aut lubricitatem &c. impediatur illorum phantasia. Nos siquidem hîc cum Plinio asserimus, qui referente Scalig. comm. in Hippoc. de insomniis dicit: Non quod populi illi somniis planè sint destituti, sed quod non talia, quæ nostratibus respondeant, habeant.

XIX.

Ut autem in ipsius rei cognitionem perveniamus, definimus Phantasiam, quod sit sensus internus cerebri beneficio imagines rerum à sensu communi acceptas & distinctas diligentius examinans, diutius retinens, & ex iis alias eliciens. Ea autem vel est imperfecta, vel perfecta.

XX.

Imperfecta seu indeterminata est quæ competit imperfectis animalibus & quibus solus tactus inest, ejus rei argumentum est, quod si pun-gantur, aut iis opponatur aliquod disconveniens, retrahant sese illicò, ne lædantur, quod facere non possent, nisi sentirent, præsens illud sibi noxium esse; si autem iisdem admoveatur quoddam conducibile vel conveniens, statim super illud dilatantur, id quod itidem non fieret, nisi ipsa cognoscere, illud sibi saluti fore juxta atq; emolumento. Idcirco cum noxium & conducibile per sensus neq; exteriores neq; communem cognosci queant, necessario sequitur, ut animalia ista imperfecta virtutem habeant interiorem cognoscentem hæc objecta, tamen si imperfectè satis illa percipiant, nec nisi in præsentia rei objectæ confuso isto contractionis motu loco ciantur Vid Arist. l. 2. de An. c. 2. T. 20. & cum hoc conf. l. 3. de an. c. 3.

XXI.

Perfecta seu determinata definitur sensus internus, in animali perfecto, quo singulares rerum objectarum (præsentium & absentium) species

Species à sensibus exterioribus tanquam internunciis ad sensum communem transmissæ, beneficio spiritus animalis expenduntur, & inter se conferuntur, aliæq; ex his effinguntur, ut animal id, quod bonum est, appetat & prosequatur, & id, quod malum est, fugiat ac detestetur.

XXII.

Objectum Phantasiæ sunt species sensibilibus à sensu communi communicatæ, quas sua vi exquâpiam internâ causâ sibi effingit & efformat. Quamvis enim & sensus communis circa species sensibiles versetur, easq; apprehendat, longè tamen aliò modò quàm phantasia. Hæc quippe non immediatè, uti sensus communis, eas apprehendit ac cognoscit, sed mediante sensu communi, qui illas à sensibus externis perceptas ad phantasiam defert, eiq; cognoscendas exhibet. Neq; tamen in his tantùm formis, quæ sensum communem movent, detinetur aut subsistit, sed præterea ex istarum collatione, obversione, commixtione & confusione variâ atq; multiplici novas alias sibi effingit & efformat. Imò non rarò tales sunt, quales rerum natura & universi ordo planè non admittit, sed pro phantasiæ tantum arbitratu effinguntur & æduntur de novo.

XXIII.

Verùm & hoc cum grano salis, quod dicitur, est accipiendum; siquidem fictum *Φάντασμα* fuit aliquando sub sensu, si non secundùm totam, secundùm tamen partes suas v. gr. Per phantasiæ operationem concipimus montem aureum, non quasi aliquando talem viderimus, sed quia partes ejus aurum videlicet & montem vidimus. Sic quando montis magnitudinem vidimus & animal, ideo magnitudinem cum animali conjungentes imaginamur animal magnum montis instar, & alia ejusmodi. Zabar, lib. de facult. anim. c. 12.

XXIV.

Phantasiæ duo generaliter dantur munia: Unum est, species à sensu communi delatas diutius retinere, & diligentius exactiusq; expendere. Etenim phantasia species receptas non protinus propellit, sed cognitionis sensualis ergò diutius retinet & diligentius exactiusq; examinat, de purat, & in naturam phantasmatis convertit. Alterù est, è speciebus delatis novas elicere. Scilicet phantasia è speciebus, quas antea à sensu communi accepit, alias, nunc addendo, nunc subtrahendo, pro placito suo noviter producit ac proprio Marte fingit & pingit, ut thesi 22. fuit ostensum.

XXV.

Observanda etiam hoc loco est differentia inter Phantasiam & sensum communem. Differunt autem ita (1) ut hic tantum sit rei presentis, eaq; remotâ desinat, quemadmodum & sensus externi: Hæc verò non modò res presentès, quas à sensu communi accipit, contempletur; verùm etiam absentes, dum nimirum formas rerum sensibilium, quas memoria conservandas tradidit, repetat. (2) Phantasia ex omnibus speciebus sensibilibus proprio Marte alias novas elicit ac producit, id quod nequaquam sensus communis effectum dat, quippe qui tantum species à sensibus externis acceptas cognoscit, aliquo modo discernit, & phantasie diligentius expendendas atq; dijudicandas offert.

XXVI.

Hujus potentie vires satis sunt mirandæ. Pestis enim tempore qui sibi imaginantur pestem, facile eadem corripuntur. Qui ad oscitationem pronus est, phantasie operâ oscitationis obliviscitur. Cumq; videt oscitantem alium, statim oscitat, quasi de re monitus, cujus antea erat oblitus. Quos dentium vexat dolor, si de isto cogitaverint intensè, intensè etiam torquentur. Et interdum dolores omnes sunt minores, noctu majores. Quæ & similia phantasia non per se, sed per accidens operatur, nunc quidem mediante facultate appetente, nunc mediante locomotivente. Hæc de Phantasia.

XXVII.

Supereff ut de Memoria paucis dicamus, quam tanti fecit Aristoteles, ut de eâ peculiarem libellum (sanè auro contra habendum) inter parva naturalia à Scholasticis vulgò relatum, conscripserit, eamq; à Reminiscentiâ accuratè distinxerit.

XXVIII.

Est autem Memoria sensus internus, quo species sensibiles omnes, vel à phantasia dijudicatae vel noviter excogitatae, tanquam habitus quidam recepti & impressi, reservantur, quas inde denuò, cum opus fuerit, phantasie de promit, cum additione & differentiâ temporis præteriti.

XXIX.

Suo modo memoriam dicimus sensum: Etenim non simpliciter is debet dici sensus, qui species sensibiles cognoscit & percipit, sed etiam qui aliquid ad sensationem confert. Jam verò memoria species sensibiles conservando, aliquid ad sensationem facit, quæ conservatio æquè

necessaria est, quàm apprehensio & dijudicatio, quæ est reliquorum sensuum. Est enim memoria tanquam liber explicatus, in quem phantasia inspicere, & in quo rerum sensibilibus imagines veuti legere potest. v. gr. cum Jacob audivisset nuncium de interitu filij Josephi, & vestem ejus cruentam oculis adspexisset, habitum istarum specierum apud se retinuit, ut quoties ita res ferret aut ipse vellet, memoriâ recollere posset id factum post multos annos. Hinc ergò satis liquet, memoriâ esse sensum. Neq; etiam facultatem recipiendi species sensibiles à memoriâ removere penitus possumus, suo enim modo etiam recipit: nam nihil conservare potest id, quod non habet, & habere non potest, nisi accipiat, adeoq; & vel hinc patet, memoriâ ex sensu circulo non esse excludendam.

XXX.

Per vocem HABITUS, cujus in definitione mentio facta est, neutiquam intelligimus primam qualitatis speciem, cum (1) Eiusmodi Habitus liberè se habeant & in agentibus merè naturalibus non reperiuntur. 2. Ethic. Nicom. c. 2. (2) cum etiam in brutis memoria reperiatur, Habitus autem isti (qui primam qualitatis speciem constituunt) nulli: Et licet ex consuetudine aliquid operentur, non tamen id sit per se, sed per subordinationem humanam. Suarez. f. 2. §. 45. disp. 44. Sed h. l. Habitus talem significat potentiâ seu habilitatem, per quam aliquis aptus & idoneus dicitur ad aliquid peragendum, quâ in significatione passim apud Autores accipitur. Et tales Habitus in quavis potentia cognoscente dantur & sunt velut instrumenta, quibus mediantibus potentiâ determinatur. Suar. disp. 44. S. 1. §. 3.

XXXI.

Pro objecto Memoria habet *πῶν μνημονεύων* sive à sensu sit oblatum, sive ab imaginatione sit confictum. Additamen debet differentia & conditio temporis (non præsentis aut futuri sed) præteriti. Præsentium enim non meminimus, sed ea sentimus, quippe cum sensu nec futura nec præterita, sed præsentia duntaxat cognoscamus. Neq; etiam res futuræ possunt comprehendi memoriâ sed vel opinione, vel spe, vel expectatione concipiuntur. Unde qui heri febricitavit recordatur hodiè se febricitasse, quia sensus iste febrilis caloris præteriti. At qui jam febricitat, non meminit febris, sed adhuc eam sentit in tempore præsentis.

XXXII.

Ex quo rectè concludimus memoriâ nulli animalium inesse, nisi

quod tempus aliquo modo valeat cognoscere. Hinc duplex statuitur memoria; una perfecta & absoluta, qualis est hominum, qui perfectam temporis notionem habent; altera confusa & obscurior, qualis est in animantibus irrationalibus, in quibus sensus interior vulgarem duntaxat rudem atq; exilem temporis discretionem apprehendit, simul cum rebus sensu perceptis, idq; secundum multam differentiam. Quæ verò differentias temporis nullas apprehendunt animalia, memoriæ etiam defectum patiuntur, XXXIII.

Memoriæ officium est, species à Phantasia oblatas recipere ac conservare, eiq; exigenti promptè exhibere denuò. Impossibile enim est, ut Phantasia semper omnes species oblatas simul & seorsim examinare ac dijudicare possit; præsertim quando specierum multitudine obruitur. Hinc ut istas omnes dijudicare possit, quasdam non examinatas à memoria repetit, sed libera ab aliis speciebus dijudicandis, dijudicatas quoq; reassumit, easq; vel denuò examinat, vel ex ijs alias effingit. In hoc ergò differt à memoria phantasia, quod hæc species apprehendat, ac diligenter examinet; illa verò eas quoq; apprehendat, non verò dijudicet, sed asservet, ac rursus, si opus fuerit, Phantasiæ exhibeat.

XXXIV.

Causam effectricem Memoriæ quod attinet, ea est impressio Phantasmatum in cerebello facta à spiritu animali, ut vulgò traditur. Quomodo autem hoc fiat, aut quomodo fieri possit, dicere quidem non habemus. Intellectum enim nostrum ad præsentem quæstionem sese habere, ut oculi vesperilionum ad solem & ad lumen diei, infirmitium nemo facilis repertu erit. Siquidem & nos diffitemur minùs, magnam hinc latere difficultatem, ex qua quivis etiam nobilissimi & magni iudicij viri sese extricare vix possunt, sine omni enim absurditate quæri potest: si hoc modo fiat memoratio, quod *αισθησις* in cerebro imprimant simulacra quædam, perinde, ut in ceram sigilli figura imprimitur, quâ ratione tam multa diversave capere possit, neq; tamen ea confundat, sed accurate ac distinctè conservet? Quibus item spatiis contineri possint tot imagines? quibus sedibus illa disposita atq; ordinata, & unumquodq; separatim, & cuncta confertim, & singula ordinatim promere, statuere, dirigere possimus? XXXV.

Hic igitur aliquid certi in tam difficili materia determinare cum capto & ingenio nostro huic operi inæquale deprehendamus; re-

ctus

Cuius nos acturos existimamus, si id, quod Sennertus, Medicorum ferè omnium clarissimus, (*ὄν ἐν ἀγίοις*) de sese adfirmare non erubuit, se nimirum hïc in limo, hoc est, in naturæ tenebris universo humano generi communibus hæere (v. Instit. ejuslib. I. c. 13.) non inviti profitebitur. Verè enim & hïc sicut vulpes à ciconiâ elusa vas lambimus vitreum, pultem haud attingimus, juxta Scaligerum exerc. 307. sect. 21.

XXXVI.

Tantum etiam de Memoria, quam homines cum bestiis communem habent. Jam verò natura peculiare hoc indidit hominibus, ut si species ab imaginatione acceptæ non præstò sint, sed (vel longitudine temporis, vel agridine aliquâ, vel alijs impedimentis) obrutæ & confusæ per rationis operationem illi ulterius evchantur, atq; interdum reposita ex quibusdã antea comprehensis meditentur, quo in cognitione deniq; provehantur ej; rei, quæ distinctè non occurrebat, neq; tamen penitus vel totaliter, sed aliquâ tantum ex parte, exciderat, v. gr. si cui nomen excidisset aliquod & ille omnes vocales cum omnibus consonantibus ordine semel conjungendo, syllabasq; singulas constituendo ex initialis syllabæ notitia in nominis totius, quod exciderat, recordationem perveniret. Cujus rei etiam in cantu & carminibus clarissima observari possunt exempla. Talis actus & postliminiò qd. revocata memoria Aristoteli dicitur *ἀνάμνησις* seu reminiscentia.

XXXVII.

Reminiscentia autem nihil aliud est, quàm via quædam πρὸς τὸ μνησθαι, sive ad id, ut aliquid meminerimus: revocat enim ad animum, quod antea perceperamus, ita tamen, ut non de novo nunc discamus.

XXXVIII.

Est præteritorum, & cum notâ aliquâ temporis ut memoria, sed differunt tamen tripliciter: primò enim sunt alij, qui facilius reminiscuntur, & alij, qui rectius meminerunt: ingeniosi sanè, quod animo excidit, promptè revocant in eum, at tardi, si quid dememinerint, non facile recordantur poss. Secundò reminiscentia aliqua in homine via est ad memoriam tenacem. Tertiò reminiscentia in solo est homine, memoria etiam in brutis: reminisci enim *ἀνευ λογισμῶ ἔ γίνεται* juxta Arist. l. de memor. & reminisc. c. 2. sed cum quâdam comparatione phantasmatum

tum

eum inter se, & quasi cum quodam discursu aut consultatione, cujusmodi quid non est in brutis.

XXXIX.

Reminiscencia non desinit esse potentia animæ rationalis, etiam si opus habet organo.

XL.

Errant, qui duplicem proponunt memoriam, aliam sensitivam, aliam intellectivam. Memoria enim ad facultatem corpoream & sensitivam pertinet, neque à sensu recedit. Sed de his plura videri possunt apud ipsum Philosophum, libro, quem supra laudavimus de memor. & Reminisc.

QUÆRITUR.

1. An opera sit danda Philosophia? A.
2. An Philosophia non contrarietur Theologia? A.
3. An Philosophia nobilior ac præstantior sit Juris prudentiâ ac Medicinâ? A.
4. An Physica & Metaphysica sint scientia Theoretica? A.
5. An anima rationalis sive humana sit ex traduce? A.
6. An DEUS non possit defini? N.
7. An bona opera sint necessaria ad salutem? N.
8. An diabolus possit edere prodigia? N.

Magnifico quantum superatur lumine Luna,
Magnificus superat tantum homo mente feras.

Pallidula Lunæ Phæbus non induit artus,

Induit indomitas ast homo sapè feras.

Ille pecus tandem mutum superasse videtur,

Quem rapiunt cerebri dextera sensa sui.

Te laudare decet, qui sic conaris acutè

Sensibus internis exsuperare pecus.

Johannes Cothman, S. S. Th. D & P.

Objectum sensus externi sensibile quodvis
Interior recipit, comparat & dirimit.

Subjectum, FEXERE, tuum sunt interiores

Sensus, quos doctè discuti ac dirimis.

Venerit annè tuos in sensus Exteriores

Sciscitor, hoc quondam? solve scripta probas.

Ad excitandum Eximij Dh. Resp. studium deproperab.

M. Johannes Hempelius, Rostoch.

FINIS.

ctius nos acturos existimamus, si id, quod s
mnium clarissimus, (*ὄν ἐν ἀγίοις*) de
se nimirum hic in limo, hoc est, in
mano generi communibus hærere (*ἄνευ λόγου*)
non inviti profitebimur. Verè enim
elusa vas lambimus vitreum, pulstem ha
rum exerc. 307. sect. 21.

XXXVI.

Tantum etiam de Memoria, quam
nem habent. Jam verò natura peculiare
species ab imaginatione acceptæ non pr
temporis, vel ægritudine aliqua, vel alijs in
fusa per rationis operationem illi ulterius
posita ex quibusdã antea comprehensis n
deniq; provehantur ej⁹ rei, quæ distinctè n
nitus vel totaliter, sed aliqua tantum ex pa
men excidisset aliquod & ille omnes voc
tibus ordine semel conjungendo, syllabi
initialis syllabæ notitia in nominis totius,
nem perveniret. Cujus rei etiam in cantu
servari possunt exempla. Talis actus & po
ria Aristoteli dicitur *ἀνάμνησις* seu remin

XXXVII.

Reminiscencia autem nihil aliud est, e
μνησθαι, sive ad id, ut aliquod memine
mum, quod antea perceperamus, ita tamen
mus.

XXXVIII.


Est præteritorum, & cum notã aliqua
ferunt tamen tripliciter: primò enim sun
tur, & alij, qui rectius meminerunt: ingeni
promptè revocant in eum, at tardij, si quid
cordantur pòst. Secundò reminiscencia a
moriã tenacem. Tertiò reminiscencia in
iam in brutis: reminisci enim *ἀνευ λόγου*
memor. & reminisc. c. 2. sed cum quãda

icorum ferè o
non erubuit,
universo hu
slib. 1. c. 13.)
Alpes à ciconiã
juxta Scalige;

estis commu
minibus, ut si
el longitudine
obrutæ & con
interdum re
in cognitione
neq; tamen pe
v. gr. si cui no
bus consonan
constituendo ex
t, recordatio
clarissima ob
vocata memo;

am πρὸς τὸ μὲ-
t enim ad ani
vo nunc disca-

memoria, sed dif
as reminiscun
animo excidit,
non facile re
via est ad me
te, memoria ex
juxta Arist. l. de
ne phantasma
tum



the scale towards document